

suae le|gavit, opus bibliothecae ex HS CCCC mil. num. | curante re-
publica perfectum est.

Thamugade rep. in rudibus aedifici, quod bibliothecam fuisse ex hac inscriptione constat (Cagnat les bibliothèques municipales dans l'empire romain, Mém. de l'acad. des inscr. 38, 1, 1906, p. 15). Similis fuit bibliotheca Celsiana Ephesi (cf. supra N. 8971 p. 6), de cuius rudibus egit Cagnat l. c. p. 11 seq.

9363 . . . Diadumeniano] | nobil[issimo Caesari]¹, | sub C[l.]
M[arcio Agrippa?]² | leg. Aug. n. pr. pr. agens Pe|tronus Atheno-
dorus prae. | coh. I Fl.³ horolegium (*sic*) ab ho|ris intermissum⁴ et
vetus|tate colabsum suis impendis | restituit, imp. d. n. Macrin. Aug.
II cos.⁵

Rigomagi (Remagen) rep., est Bonnae (XIII 7800 vidit Domaszewski; Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 150). — 1) nobil erasum, sed legitur (reliqua effracta). — 2) Supplevit Lehner. In titulo eiusdem loci XIII 7798 videtur fuisse: [sub Clau]dio Ag[rippa] leg. Aug. pr. pr. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 337 n. 165. — 3) Eadem cohors prima Flavia in aliis titulis eiusdem loci XIII 7786 cet.; non diversa cohors prima Flavia Hispanorum supra N. 9052, cohors prima Flavia Hispanorum equitata pia fidelis supra N. 2723 (ita videtur fuisse etiam in t. Rigomagensi XIII 7796). — 4) Alias inscriptiones ad horologia pertinentes habes supra N. 5622 seq. 8642 seq. — 5) Postrema erasa. Annus significatur p. Chr. 218.

9364 P. Marcius Q. f. Arn. Quadratus¹ flamen divi Aug., pont.
c. I. K.², in quinque decurias [adlectus ab imp. Anton]ino Aug. Pio³
ob honorem flaminatus sui perpet[ui] patriae suae | theatrum cum
basilicis et porticu et xystis et scaena⁴ cum siparis et ornamentis
om[ni]bus [a solo extractum] sua pec. fec. idemq. ludis scaenicis
editis et sportulis datis et epulo et gymnasio ded.

Thuggae in theatri rudibus, inscriptio super frontem scaenae collocata (VIII S. 26606 = L. Poinssot nouv. archives des missions scient. 13, 1906 p. 196 seq.; cf. Carton théâtre de Dougga tab. I fig. 2 cf. p. 149). — 1) Ab eodem homine complures aliae inscriptiones in eodem theatro positae, sed nunc valde mutilae (VIII S. 26528. 26528^a. 26607). Ex VIII S. 26528. 26528^a apparet theatrum ab eo extractum esse temporibus divorum fratrum. — 2) Pontifex coloniae Iuliae Karthaginiensis. — 3) In una ex aliis inscriptionibus eiusdem Quadrati superest: in qu[inqu]e de|curias adlectu[s] a|b imp. [A]ntonino Pio Aug. (sic Antoninus Pius mortuus dictus etiam in aliis titulis nonnullis Thuggensibus). — 4) Scaenam. Opponitur scaena theatro.

9365 L. Orbius M. f. Hor.¹ mag. | palaestrae dedit².

In insula Teno, sed eo venit sine dubio ex Delo (Graindor musée belge 12, 1908 p. 111). — 1) Idem nomen in opere musivo Delio III 7224. A fratre ut videtur eius Deli positus titulus hic: M. Orbius M. f. | mag. Italiceis (III 7225). Eiusdem fortasse liberti N. 9366. Idem ut videtur (Ἰορδίοις traditur) Delum a. u. c. 664 contra Mithridatis satellites defendit (Posidonius apud Athenaeum V p. 215^a, cf. Momms. ad III 7234). — 2) Nimirum statuum vel aliud quoddam donarium in palaestra collocavit.